Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

BARVCH

eternum permanebis et solium tuum
in generationem et generationem. Quare
in perpetuum oblivisceris nostri
deliquens nos in longitudine die
rum. Convertere nos domine ad
te et convertemur: innova dies no
stros sicut a principio. Sed proiciens
repulisti nos: iratus es contra nos
vehementer. Explicit liber septime
ypsie. Incipit Baruch.
Hec verba libri que scrip
sit baruch filius nerie fi
lii maasie. filii sedechie. fi
lii sedecie. filii helchie. in babilonia
in anno quinto. in septima die mē
sis in tempore quo ceperunt chal
dei sherlim et succenderunt eam ig
ni. Et legit baruch verba libri hujus
ad aures iechonie filii ioachim re
gis iuda et ad aures universi ple
bis audientis ad librum et ad aures po
tentum filiorum regis et ad aures
sacerdotum et ad aures ple. a minimo
usque ad maximum omnium habitantium
in babilonia et ad flumen fudi qui
audientes plorabant et ieunabant
et orabant in conspectu domini et col
legerunt pecuniam in conspectu do
mini secundum quod potuit unicuique
manus et miserunt in iherlim ad io
achim filium helchie filii salem
sacerdotem et ad sacerdotes et ad om
nem plebem qui inventi sunt cum
eo in iherlim cum acceperunt vasa tem
pli domini que ablata fuerant de
templo reducere in terram iuda die
ma die mensis hujus sibam vasa
argentea que fecit sedechias filius
iosie rex iuda postquam cepit nabu
chodonosor rex babilonis iechoniam
et principes vinctos et potentes et
plebem de iherlim et duxit eos vin
ctos in babilonem et dixerunt ecce
mittimus ad vos pecuniam de quibus
emptae eunte holocaustomatia et
thus facite munera et offerte pro pe
cato ad aram domini dei nostri et o
rate pro vita nabuchodonosor regis
babilonis et pro vita balthasar filii
eius ut sint dies ipsorum sicut dies
celi super terram et det dominus vir
tutem nobis et illuminet oculos nos
tros ut vivamus sub umbra nabu
chodonosor regis babilonis et sub um
bra balthasar filii eius et serviamus
eis multis diebus et inveniamus
gratiam in conspectu eorum. Et pro
nobis ipsis orate ad dominum deum
nostrum quia peccavimus domino
deo nostro et non est aversus furor
eius a nobis usque in hunc diem. Et
legite librum istum quem misimus
ad vos recitari in templo domini in
die sollempni et in die opportuno et
dicetis domino deo iustitia nobis
autem confusio faciei nostre sicut est
dies hec omni iuda et habitantibus
in iherlim regibus nostris et prin
cipibus nostris sacerdotibus nostris
et prophetis nostris et patribus nos
tris. Peccavimus ante dominum
deum nostrum et non credidimus ei
diffidentes in eum et non fuimus
subiectibiles illi et non obaudivimus
voci domini dei nostri ut ambularemus
in mandatis eius que dedit

baruch.